



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo de virtute exco[m]municationis Fratri Martino
Luther Augustiniano a linguis tertii tandem euerberatus**

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 6037

Tertivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33415

Apostolum Paulum. Et Ioannes epistola secunda. Si quis venit ad vos, & non assert doctrinam hanc, nolite eum in domum recipere, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cōmunicatur operibus eius malignis.

¶ TERTIVM.

¶ Excommunicari non est animam tradi diabolo, neq; priuari bonis Ecclesie, communib; orationib; eiusdem. Hoc ex dis
c;is abunde patet, quia manente fide, spe, & charitate, manet vera communio, & participatio omnium bonorum Ecclesie.

¶ QVARTVM.

Excommunicatio, si iusta est, significat potius animam esse dia
bolo traditam, & ecclesia communione spirituali priuatum, quia fertur super eum, qui peccato mortali seipsum priuauit communione charitatis, & diabolo se tradidit. Sicut et contra reconciliatio
nis sacramentum est et externum signum, interioris reconciliatio
nis & communiosis. Ideo verum est, q; excommunicatio ecclesiastica, non infert, sed præsupponit aliquem esse in morte & peccato, i. vere excommunicatum spiritualiter.

¶ QVINTVM.

Excommunicatio, sive est temporalis & corporalis, tamen ordi
natur, non contra, sed pro communione interiore, vel reparanda,
si iusta lata fuerit, vel augenda, si iniusta fuerit.

Probatur hoc per Apostol. iiij. Corin. viiij. Agam secundum pos
testate, quā dedit dñs mihi non in destructionē, sed ædificationē.
hoc certe intelligo, q; non possit destruere, sed tantummodo ædis
ficare per Ecclesiasticā potestatē. Nā & illū fornicariū. i. Corin.
v. sic excōmunicauit, & Satanæ tradidit, vt spiritus nihilominus
saluus fieret, & vt supra dictū est. Non existimandi sunt quasi ini
mici. Sed corrīgendi ut fratres, non ut perdanū, sed ut confundan
tur. Et vt audacius dicā. Ne Christus, vt homo, hanc habuit pos
testatem separandi animas, sicut dicit Ioan. vi. Omne quod ve
nit ad me non ejiciam foras. Et iterum, Hec est voluntas eius, qui
misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam. Et iterū
alibi. Non venit filius hominis perdere, sed saluare animas. Item
adhoc est apertus quoq; textus li. vi. de sen. ex co. c. Cū medicinalis
lis, qui valde est notabilis, dicens. Cū medicinalis sit excommun
icatio, nō mortalis, disciplinans, nō eradicans, dum tamen is, in
quē lata fuerit non contemnat, caute prouideat [Ecclesiasticus] ius
dex, vt in ea ferenda, ostendat se prosequi, quod corrīgēntis fuerit
& medentis. Hec ibi. Cur non dixit, quod perdentis & occiden
tis fuerit, sicut quidam desperati timent, immo quidam Officia
les tyranni affectant? Igitur Ecclesiastica excōmunicatio, est pī
um & maternum Ecclesie flagellum, super corpus & res corporis